Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Iohel

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Johel, fatuel filius describit terram duo
rum tribuum eruca, bruco, locusta, rubigi
ne vastante consumptam. Et post euersi
onem prioris populi effusum spiritum sanctum dicit
super seruos dei et ancillas, id est super c. xx. crede
ntium hominum, et fuerunt in cenaculo
montis syon. c. xx. Qui ab uno usque ad
xv. paulatim et per incrementa surgentes
xv. graduum numerum efficiunt, qui in
psalterio mistice continentur. Ex tribus g
eneribus rethorum, hii sumuntur principia et in
sunt argumentorum partes ex quibus incipere
solet omnis orator. Aut enim dociles, aut be
niuolos, aut attentos auditores debet
facere. Hic igitur propheta iste a magnitudine
cladis sumens principium, eos qui
audituri erant uolens ad penitentiam prouo
care, reddit attentos, comminans futuri
mali ut considerantes uenture cladis
asperitatem citius penitentiam arriperent. In hoc
propheta id etiam, nec reges nec tempora sunt
prenotata, quia hiis deberet temporibus ac regibus
quibus osee prophetauit. Johel interpretatur
incipiens, aut deum descendens. Tropologice.
Hic est quod qui hostium dei et sciam dei ha
buerit apertam, recte incipit prophetare. Jo
hel de tribu ruben natus in agro betho
ron, ubi in pace mortuus et ibi sepultus.
Explicit prologus. Incipit Johel propheta.

Verbum
domini quod factum
est ad iohel
filium fatu
el. Audite
hec senes
et auribus
percipite omnes
habitatores terre, si factum est istud in diebus
uestris, aut in diebus patrum uestrorum. Super hoc
filiis uestris narrate, et filii uestri filiis suis,
et filii eorum generationi alteri. Residuum
eruce comedit locusta, et residuum locu
ste comedit bruchus, et residuum bruchi co
medit rubigo. Expergiscimini ebrii et fle
te, et ululate omnes qui bibitis uinum
in dulcedine, quoniam periit ab ore uestro. Gens
enim ascendit super terram meam fortis
et innumerabilis. Dentes eius ut dentes
leonis, et molares eius ut catuli le
onis. Posuit uineam meam in desertum,
et ficum meam decorticauit. Nudans
expoliauit eam et proiecit, albi facti sunt
rami eius. Plange quasi uirgo accincta
sacco super uirum pubertatis tue. Periit
sacrificium et lybatio de domo domini, lux
eruntque sacerdotes ministri domini. De
populata est regio, luxit humus, quoniam de
uastatum est triticum, confusum est uinum,
elanguit oleum. Confusi sunt agricole,
ululauerunt uinitores super frumento et
ordeo, quia periit messis agri. Vinea con
fusa est, et ficus elanguit. Malograna
tum et palma et malum, et omnia ligna
agri aruerunt, quia confusum est gaudium
a filiis hominum. Accingite uos et plan
gite sacerdotes, ululate ministri al
taris. Ingredimini, cubate in sacco
ministri dei mei, quoniam interiit de domo
dei uestri sacrificium et libatio. Sanctificate
ieiunium, uocate cetum, congregate senes
omnes habitatores terre in domum dei uestri et
clamate ad dominum. A a a diei, quia prope
est dies domini, et quasi uastitas a potente ue
niet. Numquid non coram oculis uestris alimen
ta perierunt de domo dei nostri leti
cia et exultatio. Computruerunt iumen
ta in stercore suo, demolita sunt hor
rea, dissipate sunt apothece, quoniam confu

sime est tritici. Quid ingemuit animal
mugierunt greges armenti? Quia non
est pascua eis. Sed et greges pecorum disperierunt.
Ad te domine clamabo: quia ignis comedit
speciosa deserti, et flamma succendit
omnia ligna regionis. Sed et bestie agri
quasi area sitiens ymbrem suspexerunt
ad te: quoniam exsiccati sunt fontes aquarum,
et ignis devoravit speciosa deserti. II

Canite tuba in syon, ululate in
monte sancto meo. Conturbentur
omnes habitatores terre: quia venit dies domini,
quia prope est dies tenebrarum et caliginis, di-
es nubis et turbinis. Quasi mane expan-
sum super montes: populus multus et fortis.
Similis ei non fuit a principio, et post eum non
erit usque in annos generationis et genera-
tionis. Ante faciem eius ignis de-
vorans, et post eum exurens flamma.
Quasi hortus voluptatis terra coram eo:
et post eum solitudo deserti, neque est qui ef-
fugiat eum. Quasi aspectus equorum aspe-
ctus eorum: et quasi equites sic current. Si-
cut sonitus quadrigarum super capita
montium exilient, sicut sonitus flamme
ignis devorantis stipulam, velut populus
fortis preparatus ad prelium. A facie eius
cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur
in ollam. Sicut fortes current: et quasi
viri bellatores ascendent murum. Viri
in viis suis gradientur, et non declinabunt
a semitis suis. Unusquisque fratrem suum
non coartabit: singuli in calle suo am-
bulabunt. Sed et per fenestras cadent, et
non demolientur. Urbem ingredientur: in
muro current: domus conscendent: per fe-
nestras intrabunt quasi fur. A facie eius
contremuit terra, moti sunt celi: sol et lu-
na obtenebrati sunt, et stelle retraxerunt

splendorem suum. Et dominus dedit vocem suam
ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis
castra eius: quia fortia et facientia verbum eius.
Magnus enim dies domini, et terribilis valde:
Et quis sustinebit eum? Nunc ergo dicit dominus.
Convertimini ad me in toto corde vestro in
ieiunio et in fletu et planctu: et scindite
corda vestra et non vestimenta vestra. Et conver-
timini ad dominum deum vestrum: quia benignus
et misericors est. Patiens et multe misericordie
et prestabilis super malitia. Quis scit si conver-
tatur et ignoscat, et relinquat post se be-
nedictionem: sacrificium et libamen domino
deo vestro. Canite tuba in syon, sanctificate
ieiunium, vocate cetum: congregate populum,
sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congre-
gate parvulos et sugentes ubera. Egredia-
tur sponsus de cubili suo, et sponsa de
thalamo suo. Inter vestibulum et alta-
re plorabunt sacerdotes ministri domini
et dicent. Parce domine parce populo tuo, et ne
des hereditatem tuam in opprobrium, ut
dominentur eis nationes. Quare dicunt in
populis: ubi est deus eorum? Zelatus est dominus
terram suam: et pepercit populo suo. Ecce ego
mittam vobis frumentum et vinum et oleum,
et replebimini eis: et non dabo vos ultra
opprobrium in gentibus. Et eum qui ab aqui-
lone est procul faciam a vobis, et expellam
eum in terram inviam et desertam: fa-
ciem eius contra mare orientale, et extre-
mum eius ad mare novissimum. Et
ascendet fetor eius, et ascendet putredo
eius: quia superbe egit. Noli timere terra, ex-
ulta et letare: quoniam magnificavit dominus ut
faceret. Nolite timere animalia regionis: quia
germinaverunt speciosa deserti: quia lignum
attulit fructum suum: ficus et vinea
dederunt virtutem suam. Et filii syon ex-

ultate ⁊ letamini in dño deo ur̄o· q̄r de
dit uob doctorē iustic̄e· Et descende faciet
ad uos ymbrē matutinū ⁊ serotinū
sic̄ i pncipio· ⁊ implebunt̄ aree frum
to· ⁊ redundabunt torcularia uino ⁊
oleo· Et reddam uob annos quos come
dit locusta bruchus rubigo ⁊ eruca·
fortitudo mea magna q̄ misi i uos·
Et comedetis uescentes ⁊ saturabimini· ⁊
laudabitis nom̄ dñi dei ur̄i qui
fecit uobiscum mirabilia· ⁊ n̄ confunde
tur pplš meus in sempitnū· Et scietis
q̄r i medio isrl̄ ego sum· ⁊ ego dñs de
us ur̄ ⁊ n̄ ē amplius· ⁊ n̄ confundet̄ pplš meus
Et erit· Post h̄ III ierum·
effundam spm̄ meū sup om
nem carnem· ⁊ pphabunt filii ur̄i et
filie ur̄e· Senes ur̄i somnia sompnia
bunt· ⁊ iuuenes ur̄i uisiones uidebūt.
Sz ⁊ sup seruos meos ⁊ ancillas· i dieb
illis effundam spm̄ meū· Et dabo p
digia in celo ⁊ in tra· sanguinē ⁊ ig
nem ⁊ uaporem fumi· Sol ūtet̄ in
tenebras· ⁊ luna i sanguinē· añq̄
ueniat dies dñi magnus ⁊ horribil·
Et erit· Omis quicūq; inuocauerit
nom̄ dñi· saluus erit· Quia i mōte
syon ⁊ in ierl̄m· erit saluatio sic̄ dix
dñs· ⁊ in residuis quos dñs uocauerit.
Quia ecce i diebz ill ⁊ in tempe illo
cum conūtero captiuitatē iuda ⁊ ierl̄m·
congregabo omnes gentes· ⁊ deducā eas
i uallem iosaphath· Et disceptabo cū
eis ibi sup pplo meo· ⁊ hereditate mea
isrl̄ quos dispserunt i nationibz· ⁊
terram meā diuiserunt· ⁊ sup pplm̄ meū
miserunt sortē· Et posuerunt puerum
i pstibulo· ⁊ puellam uendiderunt p
uino ut biberent· Uerū q̄ uob ⁊ tiro

⁊ sydoni· ⁊ omnis t̄minus palestinoꝝ·
Numquid ultionem uos reddetis m̄· Et
si ulciscimini uos c̄c me· cito uelo
citer reddam uicissitudinē uob sup
caput ur̄m· Argentum enim meū ⁊
aurum tulistis· ⁊ desiderabilia mea ⁊
pulcherrima intulistis i delubra ur̄a· Et
filios iuda ⁊ filios ierl̄m uendidistis
filiis grecoꝝ· ut longe faceretis eos de
finibz suis· Ecce ego suscitabo eos de
loco in quo uendidistis eos· ⁊ conuertā
retributionem ur̄am i caput ur̄m· Et
uendam filios ur̄os ⁊ filias ur̄as
i manibz filioꝝ iuda· ⁊ uenūdabūt
eos sabeis· genti longinq̄· q̄r dñs locut
ē· Clamate h̄ i gentibz· sc̄ificate bel
lum· suscitate robustos· Accedant
ascendant omnes uiri bellatores·
concidite aratra ur̄a in gladios· ⁊ ligo
nes ur̄os i lanceas· Infirmus dicat·
q̄r fortis ego sum· Erumpite ⁊ ue
nite omnes gentes de circuitu· ⁊ con
gregamini· Ibi occumbe faciet dñs
om̄s robustos tuos· Consurgant
⁊ ascendant gentes i ualle iosafat·
q̄r ibi sedebo ut iudicem om̄s gētes i
circuitu· Mittite falces· qm̄ matu
rauit messis· Uenite ⁊ descendite
q̄r plenū ē torcular· exuberant torcu
laria· q̄r multiplicata ē malitia
eoꝝ· Populi populi i ualle concisionis· q̄r iuxta
ē dies dñi in ualle concisionis· Sol ⁊
luna obtenebrati sunt· ⁊ stelle re
traxerunt splendorē suū· Et dñs de sy
on rugiet· ⁊ de ierl̄m dabit uocē suā·
⁊ mouebunt̄ celi ⁊ tra· Et dñs spes p
pli sui· ⁊ fortitudo filioꝝ isrl̄· Et scietis
q̄r ego dñs ds ur̄· habitans i syon i mōte
scō meo· Et erit ierl̄m scā· ⁊ alieni no

transibunt per eam amplius. Et erit. In di
e illa stillabunt montes dulcedinem.
et colles fluent lacte. et per omnes rivos
iuda ibunt aque. Et fons de domo domini
egredietur. et irrigabit torrentem spinarum.
Egyptus in desolatione erit. et ydume
a in desertum perditionis. pro eo quod inique
egerint in filios iuda. et effuderint san
guinem innocentem in terra sua. Et iudea
in eternum habitabitur. et ierusalem in generatione
et generatione. Et mundabo sanguinem
eorum quem non mundaveram. et dominus com
morabitur in syon. Explicit Iohel prophe
ta. Incipit prologus in amos prophetam.

Ozias rex
cum dei le
gem solli
cite emu
laretur nimio
religionis
amore pro
vocatus cepit
ceptum legis moysi. arrepto thuri
bulo ut historia libri secundi paralipo
menon ostendit sacerdotale officium presu
mere conatus est. et ob hoc terre motum
in templo dei exortum constat. cuius etiam
Zacharias propheta meminit. Ante hunc
itaque terre motum amos propheta tempori
bus predicti regis. et temporibus ieroboam
filii ioas regis israel. in eas gentes que
lectione comprehense sunt. iram dei ob eas
causas quas memoravit affuturam
denuntiat. Et quia idem propheta in sequentibus
atque in tribus impietatibus. et super quattuor non
aversurum eum. et tribus peccatorum indulgentiam
dare dominum posse significat. quarto
eadem peccata admittentibus non penitentiam
nec indulgentiam daturum denuntiat.

Nam per ignis similitudinem que in predictas
gentes inmittendum predicit. gehenne atque
irrevocabilem dei iram ad cisionem
earum decertatum pcessurum voluit demon
strare. Item alius

Amos propheta prologus.
et rusticus. et rubor mo
res distringens. pau
cis verbis explicari non potest. Quis enim di
gne exprimit ter. et quatuor. scelera dama
sci gaze. tyri. ydumee. filiorum amon et
moab. et vi. vii. que gradu iude et israel.
Hic loquitur ad vaccas pingues que sunt
in montibus samarie. et ruituram domum
maiorem minoremque testatur. ipse cer
nit fictorem locuste. et stantem dominum su
per murum litum vel adamantinum. et unci
num pomorum attrahentem supplicium peccatoribus et
famem in terra. non famem panis neque sitim
aque. sed audiendi verbum dei. Sic dicit
tuba sed verbum. Amos non inspirat omni
sus vel auulsus. Hic amos spirituali
gratia plenus. propheta vocatur inter ceteros prophetas.
Non enim ipse solus erat propheta sed etiam et
alii. Esse quippe non poterat propheta nisi
pastor ante fuisset. qui etiam tuba sua
clangit per singulos dies erudiens
et docens in ecclesia. In veritate enim vox
omnium prophetarum tamquam tuba spiritualis est pre
dicans in ecclesia. secundum quod scriptum est. Ascen
de in montem excelsum tu qui evangeli
zas syon. exalta vocem tuam etcetera.

Hic amos. Item alius prologus.
propheta non fuit pater ysaie pro
phete. quamquam et ille propheta
extiterit. Nam alius tris
ille. alius iste apud hebreos scribitur.
Que differentia litterarum apud latinos
non habetur. et ille fortis vel robustus. hic